

gisset, cum nullum ei antiquitate par, nullum *Origeni* tributum viderint. Quod vero neque *Ambrosii* esse possit, erudite ostendunt, inclinantque in eorum sententiam, qui *Hilarium* quendam *Diacomum*, aut *Papiensem Episcopum Damasum* Papae coevum autorem faciunt. Emendator Codicis, si quidem, ut *Versiculi* innuere videntur, ipse *Carolus M.* fuerit, grande sane pretium illi accedit. Scriptura certe, et ipsa sepiam a textu diversa est, constatque saltem ex *Thegani vita Ludovici Pii* c. 7. *Carolus* laborem hunc quatuor Evangeliorum Codici impendisse. Librarius noster *Winidbarius* forsan is est, cujus obitus in *Calendario Augiensi* Sec. IX. quod habes infra Cod. DCCCXXXI. ad diem II. Kal. Apr. notatur.

CXIX. IX. H. 27.

797 Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 13. 8. eleganter scriptus et coloribus varius hunc Titulum praefert: *Libellus continens descriptionem et explicationem dicti Diui Pauli ad Rom. VIII.* Si Deus pro nobis, quis contra nos. Quod dictum Imperator *Maximilianus* pro *Axiomate seu Symbolo* accipit: *Conscriptum per Matthaeum Philoatem Dacizicenum.* M. D. LXXV. Succedit Epistola ad eundem Augustum, cui praefens Exemplar oblatum est, hoc initio: *Obtuli Vestrae Sacrae Imp. Maiestati libellum Historicum per me Heroico carmine*

conscriptum, qui continebat res praecipuas Romanorum Imperatorum in praeliis fortiter gestas. Cui addita est declamatio de uera nobilitate, quam ego in uniuersitate nostra Pragensi ante quatuor annos recitavi, cum primis in artibus honoribus insigniri, laureaue coronari debebam. Obtuli praeterea in patenti folio vestrae Sacrae Imp. Maiestati Aquilam Romani Imperij semper Augusti bicipitem et in pectore gentilitia Insignia Austriacae domus gestantem. Adhaec fragmenta studiorum meorum ante multos annos euentilata in lucemque edita et publicata legenda dedi &c. In reliquis laudum suarum haud parcus Autor finit: *Pragae in aedibus Supremi Camerarij Regni Boemiae die Augustini. Anno 1575.* Erat is *Georgius Pruskovius* five *de Proskau.* Ex his conficitur lapsum fuisse *Lupacium Ephem.* 22. Septembr. dum *Matthaeum* a patrio *Moraviae* Oppido *Daczicz* Provinciae *Iglav.* *Daczicenum* dictum jam a. 1565. vivis exemit; lapsum item videri *Balbinum Bob. Doct.* P. II. p. 248. dum eum afferit Caesari *Rudolpho* fuisse gratissimum, ab eoque *Poetam laureatum* creatum; *Maximilianum* enim substituendum putem, cum *Rudolphus* anno demum 1576. imperium adierit, Nosterque ante quatuor annos se coronatum laurea dicat. Opusculis ejus, quae enumerat *Balbinus*, et *Praefatio* mox citata, adde *Carmen de Resurrectione Christi*, quod excitat *Cl. Jos. Dobrovius* in *Corrigendis in Bob. Docta*

Balbini, Pragae 1779. p. 24. 8.
An praesenti Opella dignum se
Laurea praestiterit, Lectoris ju-
diciū esto. Inscribitur illa: *Re-*
solutio Hypothetici Syllogismi in
Categoricum seu praedicatiuum, qui
Hypothetico uim conclusionis admi-
nistrat. Rom. VIII. Hypotheti-

Si Deus est hominum custos, si regna tuetur,

Pro nobis pugnax martis et arma capit,

Quis poterit contra nos conspirare tyrannus,

Quis feret audaces nostra per arua manus &c.

CXX.

193 Codex chartaceus lat. Sec.
XIV. Folior. 144. f. per duas
columnas exaratus complectitur
F. Augustini Triumpho de Ancona
Ord. Eremit. S. *Aug. Postilla in*
Epistolis Canonicas. Dicat ea:
Honesto ac reuerendo viro domi-
no Gerbardo archidiacono tolosano
(Tolosano?) *nepoti illustris ac ve-*
nerabilis viri domini Gebardi (Ger-
hardi) *de parma diuina gratia epi-*
scopi cardinalis. Eruitur hinc scrip-
tionis tempus; *Gerardus* enim hic
Blancus diem clausit 1302. lega-
tionibus in *Siciliam* et *Galliam*
obitus clarus, undē et Nepotem
suum facile in ecclesia *Tolosana*
collocare potuit. Sequitur in *Co-*
dice Praefamen hoc initio: *Sa-*
pientia edificauit sibi domum &c.
Cuius libet scientie professor in
principio sui studij tria tenetur di-
cere et tractare &c. Expositio in-
cipit a spurio *Hieronimi* Prolo-
go, qui integer extat in edit.
Opp. Vallarf. T. X. col. 1057.
Dein explanantur Epistolae *Jaco-*

cus Diui Pauli Syllogismus: Si
Deus pro nobis, quis contra nos.
Atque is proponitur carmine tele-
giaco, quemadmodum ejus *Re-*
solutio in Categoricum, et Con-
clusio Syllogismi. Hoc quidem
initio: *legi super epistolas*

Epistolae glossa incipit, hoc mo-
do: Quia quae per nos habentur

re &c. dicitur, in III. parte in III.

bellum in manu in manu in manu

ostendit, in manu in manu in manu

in manu in manu in manu in manu

in manu in manu in manu in manu

bi, Petri, Johannis et Judae sor-

χονδον, prout se in Bibliis exci-

piunt. Ad calcem legitur: Ex-

pliciunt postille super epistolas ca-

nonicas edite a fratre Augustino de

ancona ordinis fratrum heremita-

rum sancti Augustini et cetera.

Vitam et Opera Nostri, qui Nea-

poli decessit 1328. enarrat Felix

Offingerus in Biblioth. August. p.

44. citatque Jac. Homejum, qui

in Suppl. PP. et Concilior. Paris.

1686. 8. edito p. 557. testatur,

propediem se fortasse evulgatu-

rum nostra haec Postilla, quo-

rum exemplar apud ipsum erat.

Sed res intra promissa constitit,

non magno utique τῆς Ἑρμηνευτι-

κῆς damno. Fol. 109. Codex no-

ster manu coeua scribitur liber

sancte marie virginis In newburga

claustrali.

CXXI. VII. E. 22.

Codex membraneus lat. Sec.

partim XIV. partim XII. Folior.

135. f. Parte priori per duas co-

lumnas minute, Parte altera lineis

lon-

371